



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim**

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii  
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae  
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

**Quintilianus, Marcus Fabius**

**Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665**

CCLXXXV. Imperatoris exulis filius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12889**

## CCLXXXV.

*Imperator exulis filius.*

PRÆMIUM VICTOR IMPERATOR ACCIPIAT. Imperator  
cujus pater in exilio quinquennii erat, vicit: aliud præmium petiit:  
reversus pater post quinquennium abdicat.

## S E R M O.

*Pater hic & honestus & miser est, ut qui exul filium Imperato-  
rem habeat. Quaestio, an quinquennii illius, quo pater exulavit, filio  
sit ratio reddenda.*

## D E C L A M A T I O.

**C**olorate adfert quidem iste tale patrocinium, ut me  
neget exulem fuisse. Sed timuit ne si ego essem re-  
vocatus, transferretur imperium.

## CCLXXXVI.

*Adulter fratris ex sponso.*

ADDICARE ET RECUSARE LICEAT. RAPTA RAPTORIS  
AUT MORTEM OPTET, AUT NUPTIAS. Peregrinantis qui-  
dam fratris sponsam rapuit: puella deprecante patre, raptoris nuptias  
optavit. Juvenis, reversum fratrem ut in adulterio deprehensum,  
cum pro illo pater deprecaretur, occidit, abdicatur.

## S E R M O.

*An omnia, quæ adversus voluntatem patrum admissa sunt, de-  
beant abdicatione puniri: an propter id debeat abdicari, quod lege  
fecerit.*

## D E C L A M A T I O.

**F**eliciores patres sic irasci solent, Nihil non facere de-  
buiisti secundum meam voluntatem: objicio tibi munus  
lucis: jactat se potestas illa patrum, etiam in magistratus,  
etiam in victores: non exigo tamen, ut facias, quod jubeo:  
peto,

**I** Qui per imprudentiam hominem occiderant, quinquennium exulabant. ita ergo filius excusat factum, quia proprie exilium non est, quod temporale est. Igitur aliud ex lege viri fortis optare maluit, quam patris sui reditum, quia alioqui certus est. *Ærodius.*